

successione prefati Frederici imperatoris posteritatem seu paren-
telam sua industria sagacitate atque potencia tres successive
principes ad regnum Romanorum elegit, associatis sibi et
allectis aliis suis conprincipibus electoribus, prout tanti et ar-
dui facti oportunitas exigebat. Elegit namque primo Henricum
vii. Landgravium ^{b)} Hassie atque Thuringie, qui cognomento Raspe ^{c)}
vocabatur, qui fuit filius ^{d)} Elizabeth ^{e)} vidue, eundem electum ^{f)} Non filius, sed levir.
sine mora in locum prefati Frederici ab imperio depositi subro-
gando ^{g)}, quod tamen absque difficultate fieri non potuit. Nam
cum Conradus dicti Frederici imperatoris ^{h)} filius regnum iam in-
visisset, ipse Conradus archiepiscopus commisso cum iam dicto

1246 aug. 5. ⁱ⁾ Conrado imperatoris filio apud Franckenvord ^{j)} prelio eundem victum
fugavit et sic tandem electionem huiusmodi de prefato Henrico

Mart. Pol. ^{k)} fieri procuravit. Eodem autem Henrico non multo tempore
post defuncto idem dominus Conradus Coloniensis archiepi-
scopus Wilhelmum comitem Hollandie in regem Romanorum
substituit, cuius ipse electionem in campis iuxta Worinck ^{l)}
Coloniensis territoria fieri procuravit, habens tunc secum in
comitiva ^{m)} pro tanti ⁿ⁾ solemnitate negotii preter principes et
nobiles seculares archiepiscopos et episcopos numero 14. In ^{o)}
quorum congregatione ipse tunc temporis ecclesiam novam
S. Cuniberti in Colonia solempniter dedicavit. Sed eodem

³⁷ Electio Henrici iam exunte
maior, pluribus mensibus ante
proelium Francofurtense, ha-
bita fuerat.

³⁸ Nomina archiepiscoporum et
episcoporum, qui electioni inter-
fuerunt, v. ap. Kreuser Koelner
Gombriefe p. 376.

1256. ^{p)} Wilhelmo ad regnum ^{q)} electo in brevi postea per Frisonum
gentem in bello interfecto dictus Conradus archiepiscopus ^{r)}

1257. ^{s)} tertiū ad regnum substituit, Richardum ^{t)} videlicet ducem
Cornubie fratrem regis Anglorum. Verumtamen ^{u)} illi sic electi
ad imperium propter temporis brevitate nil dignum memorie

b) Landgr. 1. 3. c) Raspe 4. 4. 4. d) Elisabeth 2. 3. e) surrog. 1. f) imp. Fred. 4. 4. 4. g) Frankenfort 2. Francofurt 3. Franckenfaerd 4. 4. 4. h) Worinck 2. Worynck 4. 4. Worring 4. i) in comit. deest 3. k) tanta 2. prout tanta 4. l) ad regem 2. in regnum 3. m) archi-
episcopus deest 2. n) Ryck. 2. 3. o) Verumptamen 1.

Andalen
Feder.